





1613.

1. Bentherus, Joannes Michael: De jure alimentorum,
Disquisitione ex variis ll. de prompta.
2. Bentherus, Joannes Michael: An actio nam controversa
vni ex materia contractus emphyteutici desump-
tas un. decades V.
3. Bitschius, Casparus: De emptione et venditione
4. Bitschius, Casparus: De furtis
5. Bitschius, Casparus: De dominio et eius modis
acquirendi naturalibus
6. Bitschius, Casparus: De exceptionibus
7. Meierus, Justus: De tutela et cura.

1614.

1. Bitschius, Casparus: De usufructu
2. Bitschius, Casparus: De defensione necessaria,
renunciationibus et exclusionibus foeminarum
in pendis
3. Meierus, Justus: Analysis l. 50 ff. famul. creisc., ubi
explicata est questio de studiorum sumptibus.

1615

1. Bitschius, Casparus: Quaestiones juris miscellaneae
2. Bitschius, Casparus: De mutuo.

1616.

1. Bentherus, Johannes Michael: Quaestiones illustres
juridicae politicae
2. Bitschius, Casparus: De iurjurando, quod litis decisorium
vocat.
3. Platen, Joachimus: De venatione
4. Meierus, Julius: De frisyrioribus.

1617.

1. Bitschius, Casparus: De codicillis et clausula codicil.
Lari. Disp. II.
2. Bitschius, Casparus: De emptione et venditione
3. Bitschius, Casparus: De codicillis et clausula codicil.
Lari. Disp. II
4. Bitschius, Casparus: De codicillis et clausula codicil.
Lari. Disp. I

1617.

5. Bittschius, Casparius: De codicillis et clausula codicil.

Caro 17p. III.

6. Bittschius, Casparius: De codicillis et clausula codicil.

Caro 17p. V.

7. Cluten, Trachianus: Quaestiones ex jure civili, feudali
canonico ac constitutionibus imperii de promptae

8. Cluten, Trachianus: Fasciculus impietatis, iniquitatis
falsitatis, ex loco errorum theol. pontificalis sive
juris canonici successus

9. Cluten, Trachianus: Fasciculus quaestionum juridi-

carum ex institutionum Imperialium lib. II. tit. I.

de rerum Divisione et acquirendis ipsarum domus.

10. Meierus, Julius: De Legatis.

11. Meierus, Julius: De testamentis.

1618

1. Cluten, Trachianus: De jure vectigaliurn

2. Meierus, Julius: De testamentis.

1619.

1. Berneggerus, Mathias : De peregrinatione studio
jurum 2 3 sept. 1619 - 1704.

1620.

1. Berneggerus, Mathias : De tribus rei publicae
formis

1621.

1. Bilschius, Casparus : De codicillis et causula codi-
cillari Disp. VI.

2. Buentingus, Conradus : De appellacionibus.

3. Locameus, Georgius David : De praecipuis ad causas
fendorum efficientem pertinentibus

4. Murrerus, Johannes Christophorus : De pactis

1622.

1. Bilschius, Casparus : De jure emphyteutico.

2. Locameus, Georgius David : De materia senatus
Disp. III


Tringentes penda constituentes.

1622.


3. Locamerus, Georgius David : De modis, quibus
funda constituntur et acquiruntur. Imp. II
4. Locamerus, Georgius David : De contracta emptiois et
venditionis.
5. Locamerus, Georgius David : De testamentis
6. Locamerus, Georgius David : De successione ab
intestato.
7. Locamerus, Georgius David : De partibus
8. Meurerus, Johannes Christophorus : De contractibus
realibus nominatis
9. Rosenberg, Johannes Georgius : Analysis P. bonae
fidei XLVIII in pro 1. adquirenda rerum dominia
10. Wermelschneider, Henricus : De eo, quod interest.

1. ...
 2. ...
 3. ...
 4. ...
 5. ...
 6. ...
 7. ...
 8. ...
 9. ...
 10. ...











258.

DISQVISITIO

DE

IVRE ALIMENTO

RUM, EX VARIIS LL. ATQUE

AUCTORUM ARTICULIS

DE PROMPTA.

Quam

CHRISTO Dirigente
JUSTITIA Adprobante
VERITATE Favente

PRÆSIDENTE

VIRO CLARISSIMO ET CON-
SULTISSIMO, DOMINO JOANNE

MICHAELE BEUTHERO, J. U. D. ET CODICIS

Justinianæi Argentoratensium in Academia

Professore ordinario.

Publici conaminis ergò proponit.

WOLFFGANGUS LEONHARDUS

FÖCKLER Viennâ-Austrius.

MENSE DECEMBRI, DIE IX.

horis locq; consuetis.

•••••

•••••

•••••

ARGENTORATI,

Typis JOANNIS CAROLI.

Anno M. DC. XIII.



822



HEROI

ILLVSTRI ET GE-
NEROSO DN. DN. JOANNI
à Bucheim / DOMINO in Horn & Wildberg / &c.
Dapifero Hereditario Austriae Inferioris,
Domino suo Clementi.

*Presentem Disputationem Iuridicam de
Alimentis, ex varijs LL. & Auctorum
articulis depromptam.*

IN

*Debita Observantia Testimonium
subiecti animi signum*

D. C. O.

WOLFFGANGUS LEONHARDUS
FÖCKLER Viennâ. Austrius.

RESPON:





T H E S I S I.

DE alimentis tractaturi, primùm de nomine discipiamus.

2. Et quidem Alimenta generaliter ac largè sub se complectuntur quæcunque ad vivendum, tuendum, curandumvè corpus nostrum, nobis necessaria sunt: a)

a) l. verbo victus 43. cum l. seq. ff. de V. S. Myns. cent. 3. obs. 12 & fufius in Thefib seqq.

3. Eaue sæpiùs ex adjunctis: ultimâ voluntate, b) pietatis, c) amoris conjugalis, d) officij, bonorum quoque pupillarum ratione e) &c. debentur.

b) toto tit ff de alim. leg. l. Mela 14. in pr. l. Stichus 20. S. Titia ff. eod. Vesemb. in π. eod. Veluti ex hominum dispositione debita, illis etiam qui non egent, ac pro tempore præterito, l. 1. C. de fideicom. Bartol. in l. libertus 18. § 1 ff. de alim. leg. Iason in l. divortio n. 19. ff. soluto matrim. pro tempore quo quis fuerit bannitus, ac in metallum damnatus, si postea restituatur, l. 1. cui 11. ff. de alim. legat. & tam expresse, quam tacite, ex ultima voluntate debentur, Bald. in l. si mulier in f. ff. de usufr. c) Non modò pro sublevanda anima cuiusque Christiani, sed etiam pro sublevando animato corpore. Bald. in auth. similiter. n. 2 C. ad l. Falcid. imò pia eorum ratio in pauperibus & favorabilis dicitur, per textum in l. Mela 14. §. 1. ibi, pietatis intuitu, ubi gloss. Bartol. & alij ff. de alim. legat. l. sancimus. C. de SS. Eccl. Angelus in l. Divi. ff. ad l. Falcid. Gigas in tract. de pension. quest 51. Coras in l. precibus, num. 24. Tiraquel. in tractat. de privil. pia cause. in præfat. versic. item legatum alimentorum. facit l. 11. C. de negotijs gest. d) Censentur alimenta relinqui uxori, ex quo relicto, sit unâ cum filiis educanda ex voluntate testatoris. Bald. in l. si mulier in f. ff. de usufr. Nec secus futurum, si penes concubinam relinquuntur communes filij educandi. Angel. in tract. de testam. gl. 45. §. 46. in fine.

e) De suis n. imque pupillus alendus est bonis per tutorem, Speculat. in

lat. in tit. qui filij sint legitim. n. 21. facit totus tit. ff. ubi pupill. educ. deb. & de aliment. ei praestand. Alioqui tutor ut suspectus removebitur, per l. tutor quoque in pr. ff. de susp. tutor.

4. Inspeceto nimirum jure vel Divino, vel Naturali, vel Civili, eleganter Iohann. Baptist Pontan. in tract. de alim. c. 1 n. 3.

5. De illis, Iure Divino consideratis alimentis, a) hic agere non constituimus, sed saltem quatenus jure tam Naturali quam Civili moderantur atque computantur.

a) *Quae potius ad Theologiam pertinent, & ex quibus beatitudo divina atque aeterna interiori homini implantatur, nec huius loci sunt.*

6. Liberis igitur a parentibus, & vicissim parentibus a Liberis alimenra subministranda sunt.

l. si quis a liberis 5. ff. de agnost. & alend. lib. l. 3. & penult. C. d. tit. l. ult. §. ubi autem. C. de bon. qua lib. not. Concenat. quest. Iur. lib. 2. c. 8. num. 1. & Galeot in Margar. aurea c. 38. n. 2. fac. l. 11. C. de negot. gest.

7. Cum ad id Naturae instinctu, naturalique aequitate & charitate sanguinis omnimodo ducamur. a)

a) *d. l. 5. §. utrum autem. l. 2. & tot. tit. C. de infant. exposit. l. 1. §. 3. ff. de iust. & Iure. Galeot. in Margarit. aur c. 38. num. 13. in fin. pulchre Hartm. Hartm. tit. 37 obs. 3. num. ult.*

8. Adeoque etiam Mater ipsa a) filium triennio minorem lacte & uberibus proprijs, indistincte nutrire b) tenetur.

a) *I. Quia mammilla a DEO ideo ipsi datae sunt: cooperante natura: quae docuit omnia animalia a matribus ali, dum lacte vivunt: cuius praeccepti naturalis signa recitat ex Favorino Philosopho, Gell. noct. Attic. lib. 12. c. 1. II. Mater daret alioqui occasionem abolendarum $\sigma\sigma\gamma\omega\nu$: quia experientia notum est, nutrices plus amari, quam matres. III. Ne malos mores, & morbos cum lacte hauriant: sic enim mater propriam famam, inbutis tot vitijs eorum animis, turpissime laderet: Quorsum & Varro de liberis educandis respicit, dum inquit, Annis ut sanguis deterior, sic lac. Keckerm. lib. 1. polit. c. 8. fol. 179. b) c. ad eius, dist. 5. Bald. in l. alimenta, quest. 4. C. de Negotijs gest. Cum ipsi Matri una cum partu lactis subsidium a natura praestitum in ipso filiorum*

rum

rum primo vagitu fuerit, velut alimentum debitum, quod ipse-
met filius in nativitate eius secum attulerit, ideoque adfectus
materno ei sit exhibendum per triennium. l. 2. C. de infant. expos.
l. nec filium, ubi gloss. C. de patr. potest. gloss. fin. in c. fin. de convers. infidel.
Spec. tit. qui filij sint legitim. n. 26. Bartol. in l. 5. §. si mater ff. de agnosc. li-
ber. Rom. in l. si cum dotem §. si maritus, n. 30. ff. soluto matrim. Tiraq. de
nobilit. c. 20. n. 28 & seqq. Couar. de Matrim. p. 2. c. 8. §. 6. n. 16. Palaor. de
Spur. cap. 48. num. 1. 2. non enim solebant ante triennium infantes
mammâ depelli 2. Mach. 7.

9. Nisi hæc naturalis obligatio Matri interdum à Iure Ci-
vili remittatur. Ioann. Baptist. Pontan. de alim. c. 8. n. 2.

10. Ut si vel infirmitate, vel ex quadam insolentia, vel ege-
state, vel lactis privatione, vel alia legitima de causa impedia-
tur. a)

a) Hostiens. c. cum haberet, n. 6. Ex de eo qui duxit in matrim. & c. Azo in
summ. C. de patr. potest. Bartol. in d. §. si mater. Roman. in d. §. si maritus.
Bald. d. l. alimenta n. 2.

11. Majorem autem triennio mater vel ascendentes ex li-
nea materna alere non coguntur, a) si tamen in hac parte Ma-
ter quid, exigente materna pietate de suo fecerit spontè, repe-
tere id non potest, maximè vivente patre & liberis aliunde nihil
habentibus. b) Non aliter atque si quicumque alius, pietate
ductus, aliquem aluerit, ei alimenta donasse præsumitur, nec
ea reperere valet c)

a) Cum in matrem onus non transferatur, quod aliàs patri
incumbit. b) per d. l. 11. ubi gloss. magn. C. de negotijs gest. l. 34 ff. eod.
not. Hartm. Hartm. tit. 37. obs. 3. n. 10. & 11. c) Conienat. lib. 2. quest. iur.
c. 6. n. 4. per l. ex duobus §. Titium ff. de negot. gest.

12. Quemadmodum & aliter se habet, si pater vel ascen-
dentes per lineam paternam tanta inopia laborarent, ut se vix
alere possint. a)

a) l. penult. h. t. auth. si pater. C. de divort. Mater enim in substi-
dium tenetur. per l. tutor secundum dignitatem §. 3. ff. de administr. tut.
Bartol. in auth. res quæ, n. 4. C. communia de legat. Rom. in d. §. maritus n.
33. Iason in l. 4. n. 28. ff. soluto matrim. Paul. Castrens. Consil. 76. in fin. lib.
1. Hartm. Hartm. d. tit. 37. obs. 1.

A 3 13. Vel



13. Vel etiam si filij sint spurij, seu vulgò concepti: quos sumptibus communibus alendos esse rectius putamus, a) quamvis Galeottus soli matri id tribuat, cui etiam succedant cum legitimis, nisi esset illustris. b) Sin verò duo pluresvè de spurio alendo & agnoscendo rixantur, is interim eum alet, qui matrem fortè duxit: at si neuter eam duxit, adhuc communibus sumptibus alendum eum esse arbitramur. c) Nequè enim alimentorum causa veritati facit præjudicium. d) Et si vasallus habuerit spurium, ex bonis proprijs seu feudi fructibus perceptis ei alimenta dabit. e)

a) per Hartm. Hartm. d. tit. 37. obs. 3. n. 6. *Quoniam spurius etiam quoad ius sanguinis tam patris quam matris est filius: cum naturalis sit coniunctio inter parentes & liberos tam legitimos quam illegitimos, nullo adhibito discrimine, imò nec eo cognito.* Bartol. in l. 1. ff. de accusat. *Quibus & illud accedit, quod cum alimenta instinctu quodam naturæ debeantur, l. 1. § Ius naturale ff. de iust. & iure. Galeot. d. c. 38. n. 13. non est cur pater in his matri præponatur, cum Iure naturæ equè filius patri ac matri tribuatur.*

b) in Margarita aurea d. c. 38. n. 20. per S. novissimè Institut. ad S. C. Orphitian. c) per Hartm. d. obs. 3. d) l. penult. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. e) per Hartm. d. obs. 3. n. 6. & seqq.

14. Quid de peccatricis concupiscentiæ filijs ex odiosis prohibitisque nuptijs, seu ex damnato coitu natis, (incestuosis putà, Nefarijs, adulterinis sentiendum?) *Et hisce iura Canonum alimenta non denegant.* a)

a) Clemens 3. P. P. in c. cum haberet, & ibid. post gloss. magn. in verbo secundum facultates, ad finem, Abb. de eo qui duxit in matrim. & c. Ascan. Clem. de patr. potest. c. 5. n. 37. Herculan. in tract. de caut. non offend. c. 12. n. 4. *Vt enim thesi præced. proxim. spurij naturali iure alimenta deberi diximus, Concord. Gail. 2. obs. 88. ita hîc suadente eadem ratione de filijs damnati coitus aliud dicere vix possumus: præsertim si aliunde nihil habeant. Cum infirmum per se quod est, à nobis genitum & in lucem editum, æquum sit eò usq; saltem à nobis foveri quoad coaluerit, ut per se subsistere & viribus suis niti valeat: alioquin nihil tam impium esset, quam alicui vi-*

tam



261

tam dedisse & eam statim illi adimere, denegatis alimentis, l. necare ff. de liber. agnosc. c. pasce, dist. 86. Hartm. d. obs. 3. n. 7. Licet enim spurij vel incestuosi sint, filij tamē sunt, quia natura communis, Gal. d. obs. 88. n. 4. & 9. ex Bald. Consil. 456. n. 10. volum. 5.

15. Quamvis non vicissim pater Spurius, sive Incestuosus à filio spurio seu incestuoso alendus sit. a) Utcumque æquè parricidij Reus habeatur filius talis, qui patrem naturalem, non verò aliàs nefarium, qui patris nomen non meretur, b) interficit c) Perinde, atque si universa patris delinquentis bona fisco adjudicata sint, liberis certa parte retentâ, ex illa patrem alere non tenentur. d)

a) Gul. 2. obs. 88. n. 12. *Quia viventes licentiùs & familiaritiùs cum mulieribus præter decorum, sicuti declarant non procreande sobolis gratiâ id facere, sed voluptati potiùs indulgere. Astan. Clem. in tract. de patr. potest. c. 5. n. 37. ita Spurium non teneri ad alendum patrem, haud ineptè dicimus: siquidem nasci ex adulterio vitium est patris non filij. c. nasci, dist. 56. sed benè contra: filij quippe nulla est culpa. b) per Novell. 12. & S. penult. Instit. de nupt. c) per l. 6. ff. de in ius vocand. l. 3. C. ad l. Iul. de adult. & ea que not. Bald. in S. Naturales 5. tit. 26. lib. 2. F. d) notat. Concenat. d. cap. 8. n. 6. per l. 1. ff. de bon. damnat.*

16. Neglecto hac in parte jure Civili, quo nulla clementia, nec nomine liberorum digni, imò omni beneficio legis indigni tales liberi iudicantur.

Nov. 74 Nov. 89. S. fin. Auth. ex complexu, ibi. ut nec alantur à patre C. de incest. nupt. l. humanitatis & auth. licet C. de natural. lib. Spec. in tit. qui filij sine legitimi S. 1. n. 17. Bald. in l. id quod pauperib. col. fin. C. de Episcop. & Cler. Palæot. de noth. & spur. c. 46. n. 1. Hartm. Hartm. d. obs. 3. n. 1. Concenat. d. lib. 2. quæst. iur. c. 8. n. 6. Galeot. d. c. 38. num. 19. Vasquius de success. creat. lib. 2. S. 20. n. 313. *Hinc dici consuevit, tales nec in bello fortes, nec in fide stabiles, nec honorabiles hominibus, nec amabiles DEO esse.*

17. Quin & exosi, ac in totum abominabiles perhibentur.

d. Nov. 74. c. fin. *Lex enim civilis, ut parentes ab eiusmodi concubitu*

105

cubitu removeat, plectit filios, ut in eis pater discat ab inhonesto & damnato coitu abstinere, abhorret namque Lex tantam patris incontinentiam: prohibet idcirco nè quid spurio relinquatur. Bartol. in l. si generi ff. de his quibus ut indignis. Idq̄, castitatis amore, ob quem Ius Canonicum paternam pietatem planè destruxisse Bald. tradidit consil. 456. vol. 5.

18. Debentur igitur liberis alimenta a) non saltem ad vitam necessaria, cibaria putâ, potuique idonea. b)

a) l. legatis 6. ff. de alim. leg. l. 43. de V. S. gl. in c. Episcopus 10. quest. 2. hoc est, ea omnia sine quibus humanum corpus sustineri non potest, & quæ hominum natura demonstrat. Bartol. in tract. de alim. n. 1. text. in l. verbo victus & in l. quos nos S. liberè ff. de V. S. Decius in l. de alimentis, in pr. C. de transact. Castrenf. consil. 437. n. 2. vol. 2. Socin. in consil. 161. n. 4. vol. 2. b) Cibaria, inquam, sunt maximè homini necessaria ad vitæ sustentationem, quia quotidie invisibiliter consumitur humidum radicale & corpus debilitatur, necessitas proinde efflagitat corpus restaurare novo cibo, qui indies in carnem & sanguinem convertitur.

16. Sed etiam vestimenta, habitatio, stramenta, a) calceamenta. b)

a) l. 44. l. 45. l. quos nos hostes 234. S. fin. ibi, vestimenta & stramenta ff. de V. S. gloss. in l. si quis à liberis S. non tantum ff. de agnosc. lib. Alex. in l. si usufructus S. dos legata col. 2. ff. ad l. Falcid. Socin. consil. 161. in f. volum. 2. Concesso enim toto conceduntur omnes eius partes integrantes, sine quibus totum consistere nequit. b) Vestium etiam nomine veniunt. d. l. legatis, d. l. 234. l. cum hi 8. S. qui transigit ff. de transactio. l. argento S. ibi, & fascia crinales ff. de auro & arg. legato: Cardin. in Clem. 2. quest. de vita & honestat. Clericor. Cravet. in consil. 199. n. 3. Menoch. arbit. Judic. quest. casu 170. n. 30. Scipio Gentil. de alim. cap. 28.

20. Medicinæ item, intuitu corporis adfliæti, a) cùm ne hisce carere queant b) à parente c) præstandæ sunt: Nec non sumptus in studio pro disciplina d) non indistinctè omnis pecunia.

a) Quia corpus humanum sæpè infirmatur, b) Emanuel Soarez in suis Comm. opinion. lit. A. n. 163. & ex eo Decius in l. de alimentis col. 1.

col. 1. C. de transact. d. l. 234. §. verbum vivere ff. de V. S. Speculat. in tit. qui filij sint legitimi §. 1. n. 38. c) cap. si quis, dist. 30. not. Galeot. d. c. 38. n. 12. Myns. cent. 3. obs. 12. d) idem Myns. d. obs. 12. Concenat. d. c. 6. n. 3.

21. Et quidem omnibus liberis tam naturalibus & in potestate patria existentibus, quam emancipatis, vel ex alia causa sui juris constitutis. a) Imò si filio privigno de suo vitricus alimenta præstitit, neutiquam ea repetit, sed purè donasse censetur. b) Itemque licet filia in corpus suum peccaverit, sequè exheredatione dignam fecerit, attamen pœnitentiam egerit. c)

a) l. si quis à liberis §. ff. de agnosc. lib. Siquidem ipsa emancipatio non tollit affectionem naturalem, nec eam obligationem, quæ à natura ipsa, vel naturali ratione descendit, §. 6. Instit. quib. mod. ius patriæ potest. toll. Ideò patri eandem præstat reverentiam. Socin. in l. sicut n. 7. C. de in jus vocand. qui ait, quod etsi emancipatione solvatur ius patriæ potestatis, non tamen solvitur reverentia debita: ac iura sanguinis deleri non possunt. l. jura sanguinis ff. de R. I. not. Concenat. d. lib. 2. quæst. Juris c. 6. n. 1. In tantum de emancipatis, ut etiam si accepta parte sua à patre, iurassent de non ulterius petendis alimentis, si inopia laborarint, non obstante pacto hoc, sive iuramento, alimenta adhuc petere possint, pulchrè Galeot. d. cap. 38. n. 13. Hartm. d. obs. 3. n. 12. b) Concenat. d. c. 6. n. 3. & eod. lib. 2. c. 8. n. 4. in princ. c) Galeot. d. c. 38. num. 21. & seqq.

22. Imò etiam liberorum uxoribus, & filiis, in casu necessitatis. a)

a) l. si filia, §. si filia familiæ ff. famil. ercisc. ibi, Onera & filij, & nurus pater sentire debet. l. 5. §. non tantum ff. de agnosc. & alend. lib. gloss. d. l. si quis à liberis, verbo, cetera. per l. 2. §. non solum ff. de excusat. tut. gloss. in d. §. non tantum & verbo onera, ubi Bartol. & in tract. de alim. n. 16. Didac. Couar. de Sponsal. parte 2. c. 8. §. 6. vers. 3. Barbat. in c. 2. n. 46. de probat. Speculat. in tit. qui filij sint legit. n. 28. ubi dicit, quod etiam pronurus sit alenda. Natta consil. 278. in princ. Vivius Comm. opinion. lib. 1. op. 22. col. 2. in f. I. Cum vir & uxor sint una caro, cap. si vir & uxor, 35. quæst. 2. gloss. fin. in add. margin. C. de incol. Stephan. Daoyz in indice corp. gloss. lit. V. l. I. Nurus est habenda pro filia, & socer tenet locum patris. Menoch. arbit. Iud. cas. 348. n. 13. Tradit Hartm. Hartm. d. tit. 37. obs. 1.

B

23. Non

23. Non item ijs, qui per foemininam lineam descendunt, hi enim parentibus oneri non sunt. a)

a) l. non quemadmodum 8. ff. de agnosc. & alend. lib. notat Hartm. d. obs. 1. Bartol. ad l. 17. §. quod deinde ff. de iniur.

24. Namque manifestum est, id quod filia parit, non avo, sed patri suo esse oneri: Nisi pater aut non superstes, aut egens sit. a)

a) d. l. 8. ff. eod. §. 3. Instit. de patr. potest. Quia mulier familiae suae & caput & finis est. l. pronuntiatio in f. l. sequenti ff. de V. S. Hartm. d. obs. 1. n. 3. Bartol. d. l. 17.

25. Nothos porrò seu naturales tantum, hoc est, ex concubina natos, utpote sunt sacerdotum liberi, & Bastardi, boni viri arbitrio pasci necesse est, a) quamvis absolutè parentibus ejuscemodi succedere non queant. b)

a) Palaeot. de Noth. & Spur. c. 17. n. 2. c. 18 n. 6. Quae nimirum sola fuerit alicui indubitato adfectu coniuncta, auth. licet, C. de natural. lib. & matrim. eor. Si intestatus decesserit pater eorum. Bred. in tract. de alim. n. 17. Cravet. Consil. 89. b) not. Hartm. d. obs. 1. n. 4.

26. Legitimos seu adoptivos (Gnade oder Wahl Kinder) quod attinet, pater naturalis alere tenetur. a)

a) Adoptione enim iura patris naturalis minimè dissolvuntur: nec quidquam ad patrem adoptivum transit, nec in potestate eius sunt. §. sed hodie, Instit. de adopt. Borcholt §. sed ea, Instit. de haered. quae ab intestato des: nec in alienam familiam transferuntur. l. penult. C. de adoption.

27. Spirituales a) quoque, itemque Christiani liberi ex parentibus vel Indæis, vel hæreticis descendentes, in necessitatis casu negligendi non sunt. b) Ut nec iustè exheredati, c) quamvis aliàs quoad successione & computationem legitimæ, habeantur pro mortuis. d)

a) arg. c. pasce, distinct. 86. & d. l. necare. b) l. cognovimus 19. §. sed ne videamur C. de hæret. & Manich. Bald. in l. nequè mater n. 2. C. de iure dot. quod & Salicet: fatetur procedere in filijs Saraceni vel Iudæi: ij enim si Orthodoxi sunt, aluntur à patribus, quamvis diverse sectæ, Angel. in §. fuerat, Instit. de action. Iason ibid. n. 14. Marquard. in tract. de Iud. lib. 3. c. 4. n. 1. & seq. Siquidem filius propter conversionem

203
sionem ad fidem Catholicam & Apostolicam sive Orthodoxam,
non debet esse deterioris conditionis, sed melioris, c. Iudais. extra
de Iud. & Sarac. Et tali casu, putâ (prætextu religionis aut fidei)
pater non debet filio alimenta vel alia subsidia denegare.
Ascan. Clem. in tract. de patria potest. effect. 7. DD. per text. in d. l. cognovi-
mus, quod pater teneatur dotare filiam, quæ sit ad fidem con-
versa: idem voluit gloss. in l. neque mater, C. de Iure dot. ubi Bald. Sali-
cet. & alij. quod etsi aliàs mater non teneatur dotare filiam nisi
in subsidium, ubi pater est egenus, tamen favore fidei, si filia or-
thodoxa sit, teneatur mater dotem dare, etiam si pater sit dives.
c) per ea quæ notat Galeot. d. cap. 38. n. 21. & seq. d) Gail. lib. 2. obs. 122.
num. ult.

28. Idem de Relegatis & Bannitis aimus. a)

a) Ascan. Clem. d. effect. 17. n. 1. 3. 10. Licet sit bannitus, remanet
tamen filius & non desinit esse talis. Donec ergo durat natura-
le vinculum, durat obligatio, quæ ex eo causatur: & iuvat re-
petere, quod lex civilis non tollit iura naturalia, S. ult. Instit. de
legit. agnat. tut. Et bannitus non perdit ea quæ sunt iuris gentium,
l. 17. S. 1. ff. de pænis Bartol. in l. emissionem S. qui deficiunt ff. de capit. dimi-
nut. Sed retinent banniti naturalem affectionem. Bald. consil. 54.
vol. 5. Secus quoad eos qui non tenentur naturali ratione.
Socin. Iun. Consil. 54. per totum vol. 3.

29. Sic & cum herede, vel de hereditate patris, vel cum patre
super alimentis litigantes, nihilominus medio sc: tempore ali-
mentandos esse putamus. a)

a) l. si neget 7. h. t. l. si instituta 27. S. de inofficioso, 3. ff. de inoff. testam. Ascan.
Clem. d. l. n. 11. & seqq. Menoch. in tract. præsumpt. lib. 1. q. 35. n. 15. gl. in l. si
quis à liberis S. si vel parens ff. de lib. agnosc. in l. fin. C. de lib. alend. Matth. de
Afflict. Decis. Neapolit. 10. n. 1. 2. Rebuff. tomo 1. tit. de sentent. provis. art. 1.
gloss. 2. n. 1. 2. Quia nisi filio provideatur de alimentis, privare-
tur bonis suis, ex quo quidquam non habet ad alia prosequen-
dum, & cogere tur viaticulo suo nõ recepto cedere, vel fame pe-
rere, ut in simili loquitur l. si longius S. fin. ff. de Iudic. vel fortè in ad-
versam incideret valetudinem, Rebuff. d. gloss. n. 2. facit l. pen. ff. de
his qui sunt sui vel alieni Iur.

B 2

30. Inter

30. Inter quos etiam filios emancipatos referimus, quia hodiè quoad succedendum patri exæquata est conditio filij emancipati, & existentis in patria potestate. Nov. 118. c. 3. S. si verò neque fratres. sup. Thes. 21.

31. Legitimos per subsequens matrimonium. a)

a) Rebuff. d. gloss. 2. n. 13. *Quia dicitur verè & propriè legitimus heres. l. cum quis C. de natur. lib. c. tanta, extra, qui filij sunt legitimi. S. fin. Infit. de nupt.*

32. Existentem in utero. a)

a) *Siquidem habetur pro nato, l. qui in utero ff. de statu hom. maxime in favorabilibus.*

33. Longo qui tempore apud hostes captivus fuit jure postliminij. a)

a) *l. apud hostes, & l. seq. ff. de capt & postlim. revers.*

34. Sive sit masculus, sive fœmina. a)

a) *Cùm sublata sit sexus differentia. l. maximum vitium, C. de liber. praterit.*

35. Tàm post quàm ante litem contestatam, etiam post latam sententiam, dum fit liquidatio. a)

a) *Cravet. Consil. 164. col. 1. ubi de filio qui petit legitimam.*

36. Et hæc à ratione de qua supra a) deducuntur:

a) *Th. 27. Cùm ratio limitata restringat dictum, l. cum pater §. dulcissimis, ubi Bartol: & alij ff. de legat. 2. Et sit anima que magis attenditur quam corpus. Bald. in l. si quis servo, C. de furt.*

37. Nihilque refert, etiam si liberi separatim à parentibus, eorum voluntate & consilio accedente, ex justa causa habitent atque morentur. a)

a) *Si verò filius ipse alibi habitare velit, ac pater nolit, non aliter alimenta consequetur, quàm si patris assensus fuerit. Soarez lit. F. n. 184. Concenat. d. c. 6. n. 1.*

38. Nec nocet si invitis parentibus, cum honestis matrimonio contraxerunt. a)

a) *Bald. in l. nec filium C. de Nupt. in l. si pater C. de sponsal. l. 1. col. 4. ff. soluto matrim. Borcholt de gradib. Salic. in l. 1. l. 5. C. de Nupt. Secus si cum inhonestis: Nam esset per quàm indignum, patrem cogi ad dotandam*

204
tandam filiam, quæ se & totam familiam dedecoravit: Et
quanquam Ius Canonicum removeat id, quæ pertinet ad ma-
trimonij validitatem: non tamen removeat iniuriam & ingra-
titudinem patri illatam, propter quam pater potest denegare
dotem, & ex heredare, ut respondet gloss. in cap. cum secundum, ver-
sic. Legatis infamia. extra de secund. nupt. Coras. in l. qui liberos n. 110. ff. de
ritu nupt. Nisi fortè pœnitentiâ factâ in gratiam recepta fuerit:
ad quod pater omninò tenetur: per ea quæ notat Galeot. d. c. 38. n.
21. & seqq.

39. Et hæc adeò vera sunt, ut nec Princeps facere, a) nequè
Statuto caveri, b) aut consuetudine introduci possit:

a) *Et si aliàs Princeps in terris lex animata dicatur, & quod
principi placuit legis habeat vigorem, l. quod principi 1. ff. de con-
stitut. princip. tamen si mandet patrem non teneri filium alere,
non valebit eius placitum, Bald. in l. 1. n. 5. vers. fin ff. d. tit. Non e-
nim habet vim legis quando principi placet, quod DEO displicet:
Principis namque sanctio esse non solum possibilis, sed &
honestæ debet. Bald. loco prædict. Rebuff. in consil. 91. n. 54. vol. 2. quod
principum placita tunc vim habent legis, quando sunt cum ho-
nestate coniuncta. Est quidem princeps solutus legibus, ast non
solutus dictamine naturalis rationis: Est enim rationale ani-
mal & naturâ ipsâ ligatur, Bald. in l. 2. n. 30. C. de servit. & aqua: & in
c. 1. de natura Feud. Roland. in Consil. 1. n. 22. vol. 2. Menoch. in consil. 27. n. 22.
Imò iure Gentium, c. quanto, extra, de iure iurand. Et non valet sine
causa tollere quæ sunt iuris gent. ut per Felin. latè in c. quæ in Ecclesia-
rum, de Constit. b) Hartm. d. obs. 3. n. 15. & Gail. lib. 2. obs. 122. num. 14.
& seqq.*

40. Nequè pacisci, a) aut per renunciationem facere liceat,
nè liberis à parentibus alimenta præstentur. b) Quia debentur
iure Naturæ, in quibus Renunciatio non valet, ne jurata qui-
dem. c)

a) Emanuel Soarez lit. A. n. 169. *Est etiam hoc contra bonos mo-
res, leges, & naturam. c. erit. ibi. nulla lex erit contra naturam, dist. 4.
S. sed naturalia, Instit. de Iure N. G. & C. Br. d. l. si quis à liberis, l. ius agnatio-
nis, ibi gloss. C. de pact. l. obligatio, C. de patria potestate: per l. alia causa 4. S.*

B 3

elegantè

405

eleganter ff. soluto matrim. Panorm. c. fin. extra, de consuetud. b) Hartm. d. obs. 3. n. 16. c) Hartm. d. obs. 3. n. 12. in fine, 13. 16. & seq. Gail. d. obs. 122. num. 14. Brun: de cess. bon. quæst. pr. n. 2.

41. Adeò, ut etiam parentibus, cum publicatione omnium bonorum damnatis, utpotè adhuc hodiè ex quatuor majoribus delictis plerisque in locis fieri solet, fiscus liberos eorum alere teneatur. a)

a) Quoniam fiscus obligatur ad ea onera ad qua delinquens tenebatur l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. igitur onus quoque alendi liberos transit ad illum, & ad quoscunque heredes extraneos, l. si quis à liberis §. item rescriptum ff. de lib. agnosc. Et secuta confiscatione tam in oneribus quam honoribus habetur fiscus pro herede. l. inter §. fin. ff. de fideiussor. Exceptis hæreseos & læsæ Maiestatis criminibus, l. quisquis §. ad filias 3. C. ad l. Iul. Maiest. ubi tantum filiabus, quæ propter sexus imbecillitatem sunt minus audaces, in bonis maternis alimenta decernuntur; sicque in bonis paternis denegata videntur: unius enim inclusio est alterius exclusio, l. cum prætor ff. de iudic. cap. nonne, de præsumpt. Et licet masculinum concipiat femininum, l. qui duos, in fine ff. de leg. 3. l. servus legati, in pr. ff. eod. l. 1. ff. de V. S. tamen contra est in odiosis, & si mens legislatoris aliud inducat per gloss. in §. fin. Instit. qui dari tut. poss. & ad d. l. 1. ff. de V. S.

42. In primis autem sciendum est, quòd paterna pietas etiam ampliùs ad disciplinam & studia, necessarios sumptus recusare non possit. a)

a) l. Macedoniani §. C. ad S. C. Maced. l. 6. de bonis §. non solum, ubi Bartol. n. 1. Bald. & Angel. ff. de Carbon. edicto. l. 3. quod si servus, §. proinde ff. de in rem verso. l. fin. C. de alim. pupill. præstand. Siquidem qui tenentur ratione sanguinis sive naturæ, tenentur etiam impensas facere necessarias pro addiscendis artibus liberalibus & disciplinis, Iason in l. cum hi, §. qui transigit n. 2. ff. de transact. Bartol. in l. legatis n. 1. ff. de alim. legat. Myns. d. obs. 12. cent. 3. etiam ad quæcunque studia, per l. qui filium ff. ubi pupill. educ. vel morari, &c. Idem si officio iudicis debentur, Bartol. in d. l. legatis n. 1. secus si ex testamento, Bartol. d. n. 1. Myns. d. obs. 12.

43. Ma-

43. Maximè cum scientia liberorum, sit laus, lætitia & gloria parentum. a)

a) c. esto, in fin. dist. 95. DD. adl. que pater. ff. fam. Ercisc. Omnis in Ascario chari stat cura parentis: Virg. 1. Aeneid.

44. Nequè excusatur pater ab alendo filium monachum, è Monasterio ejectum. a) Imò pater alimenta petere potest à Monasterio quod filius intravit, cui omnia sua bona donavit, si ad egestatem pervenerit. b)

a) Cum adhuc vigeat in patre eadem naturalis ratio alendi filium, cessante accidentali causâ, ingressus Monasterij. Paul. de Castr. Consil. 76. lib. 1. b) Galeot. d. c. 38. n. 14.

45. Verùm si filius justam exheredationis causam præbuerit, a) aut aliundè, ex artificio putâ laborare honesto, b) vel ex redditibus Ecclesiasticis vivere possit:

a) c. aliud. Nov. 115. Emanuel Soarez lit. A. n. 164. Ex quibus enim causis quis potest exheredari, ex iisdem etiam rectè alimenta denegantur: Cum ius filiationis intelligatur amissum, gloss. in l. si quis a liberis s. idem iudex, verbo, detulerat ff. de lib. agnosc. Bald. in l. fin. C. de dor. promiss. Et si quidem iure civili coactione quadam præstitum sit auxiliũ filijs ut alentur à parentibus, tot. tit. ff. de agnosc. & alend. lib. eodem etiã iure ex contraria equitate in quibusdam casibus coactio talis limitari, imminui, atq; remitti per exceptiones à iure receptas, potest: gl. in l. 1. s. ius naturale ff. de iust. & iure: Spec. in tit. qui filij sint legit. num. 12. versic. pone. Barto. in tract. de alim. num. 10. Sunt enim pro mortuis exheredati, ut & Monachi Franciscani aliq; Geyl. d. obs. 122. num. 18. Quod secus est si liberos pœniteat, secundum Bald. in l. fratres, col. 1. n. 5. C. de inoff. testam. quòd indignus si venerit ad meliorem frugem, efficiatur dignus. Galeot. d. c. 38. n. 22. In primis autem adhibet à cognitione. Aut enim ingratitude seu causa exheredationis solum tangit ingratum, & nec famam nec personam patris, nec bona alterius concernit, quando vel filia peccavit in corpus suum, meretrix facta, vel filius arenariam exercet, vel alia levi de causa est infamis. Aut causa tangit patrem, ut quia in eum violentas manus iniicit, cum eius concubuit uxore, illum iniurijs adfecit: Illo casu pœni-

paenitentia acta delictum extinguitur. Hoc, acta paenitentia diluitur, sed opus est paternae remissione. Bartol. in l. qui ea mente ff. de furt. Bald. & alij in l. si quis non dicam rapere C. de Episcop. & Cleric. b) gloss. fin. in l. si maritus in id, ff. solut. matrim. adhibito enim respectu, si ex arte vel industria non possit vivere, Ius mandat, filium alendum esse, gloss. in l. si quis argentum §. 1. C. de donat. gloss. in l. si quis à Liberis, in pr. ff. de lib. agnosc. Hartm. d. obs. 3. n. 10.

46. Aut si invito patre extra domum patris a) habitet, aut si alimenta non petat. b)

a) Debet enim cum eo habitare, nec aliàs pater illum tenetur alere extra domum, gloss. c. significasti, extra, de divort. Et idem è converso: si parens velit alimenta à filio, Arius Pinellus l. 1. part. 1. num. 54. Nec etiam pater si fors è novercalibus blanditijs seductus, velit filium expellere de domo, ut seorsum à se alimenta praestentur, posset id facere. b) Volenti enim nulla unquam fit fraus aut iniuria, per vulgata.

47. Aut si pater adeò pauper esset, ut vix ipse ali posset: priora non procedere opinamur. a)

a) l. pen. ff. de lib. agnosc. Ordinata enim charitas incipit à se ipso, l. praeses, C. de servit.

48. Parentes autem alimoniam denegantes, necare dicuntur. a)

a) l. necare 4. ff. de agnosc. & alend. lib. dict. sup.

49. Et hæc de liberis alendis.

50. Cæterum, parentum, tam ex linea paterna, quam materna ascendentium, a) quamvis bannitorum b) necessitatibus, vicissim succurrere iustissimum est. a)

a) d. l. 5. §. sed utrum ff. de agnosc. & alend. lib. Parem enim debent filij parentibus prestare pietatem, & sicut filius patrem alit, ita matrem, cui parem de natura debet reverentiam, Bald. in l. furiosa ff. de curat. furios. Concenat. d. cap. 8. num. 1. Galeot. d. c. 38. num. 2. Nam & mater sicut pater non potest absq; venia in ius vocari. l. 4. ff. de in ius voc. & ei debetur legitima sicut patri, Auth. presbyteros C. de Episcop. & Cleric. b) gloss. c. si verò contigerit. Nov. 12. l. mutus §. manente, ff. de iure dot. c) l. 1. l. fin. C. h. t. l. 1. inf. C. de oper. libert. l. 1. §. sed & non-

& nonnullas, ff. de tutel. & ration. distrah. Auth. licet, in fin. C. de Natur. lib. c. caterum, dist. 87. gloss. c. naturale, dist. 1.

51. Eos verò non alere cum possunt, atrox, nefarium, impium & iniquissimum esse, omnibus constat. a)

a) l. si quis à liberis, § si impubes, verb. iniquissimum quis meritò dixerit patrem egere, cum filiis sit in facultatibus. ff. de agnosc. lib. Proverb. c. 28. homicidium est, Cic. 11. Epist. lib. 9. ad Attic.

52. Unde jure provisum est, ut etiam impubes filius emancipatus, patrem inopem alere teneatur. a)

a) l. 5. § 1. verb. vice mutua, § si impubes, 13. ff. de agnosc. lib.

53. Sic ut non alens in potestatem patriam revocari possit. a)

a) l. un. C. de ingrat. lib. Ascan. Clem. d. l. n. 2.

54. Hodie quoque non alentem exheredari meritò posse, credimus. a)

a) argum. Nov. 115. c. 3. ibi. gravem iniuriam: quàm sanè atrocior non est, quàm si quis fame necare cupit parentes, qui adhuc tantum habere possunt, in quo exheredare iuste valeant filium tam extreme ingratum.

55. Denegantur tamen parentibus alimenta ex iisdem causis, ex quibus filium pater exheredare potest. a)

a) Nov. 115. c. 4. per tot. ubi decem exheredationis iustae causae recensentur.

56. Vel si pater contra patriam pugnavit a) aut dives est, b) vel etiam si filius nullam artem à patre accepisset, itidem excusari filium existimamus:

a) d. Nov. 115. c. 3. § 3. ibi, quae non sunt adversus principem vel Remp. Tiraq. poenal. caus. n. 11. b) l. si quis à liberis. § sed si filius, & seq. ff. de lib. agnosc. Hartm. d. obs. 3. n. 10.

57. Quod si parens neget filium, adeoque alendum abs se non esse contendat: & è contra si filius neget parentem, summarie Iudicem oportet super ea re cognoscere. a)

a) l. 5. § si vel parens. ff. de agnosc. & alend. lib. Ascan. Clem. d. l. n. 57. vers. etiam die feriata, & n. 58. fac. l. 10. ff. de his qui sunt sui vel alien. & c.

58. Et si qualitercunq; constiterit, filium vel parentem esse, tunc ali jubebit. per d. l. 10.

59. Si non constiterit, nec decernet alimenta. a)

a) d. l. 5. § si vel parens, ff. de agnosc. lib.

C

60. Memi

60. Meminisse autem oportebit, etsi pronunciaverint ali
oportere, attamen eam rem præjudicium non facere veritati. a)

a) per text. in d. l. 10. ff. de his qui sunt sui vel alien. l. 3. C. de infant. ex-
posit.

61. Nec enim hoc pronunciatur, filium esse, sed ali debere. a)

a) l. 5. §. meminisse, ff. de agnosc. lib.

62. Quotiens verò quis ex præfatis alere detrectat, difficul-
tates prætendens: tum pro modo facultatum, & secundum
qualitatem personarum a) Regionisque consuetudinem ali-
menta constituenda. b)

a) Hartm. d. obs. 3. n. 6. & 9. & obs. 4. Gail. d. obs. 88. n. 7. 10. & seq. text.

in l. 2. & 3. C. de alend. lib. Idem Gail. lib. 2. obs. 144. num. 4. *Crescente*

namq; etate, crescunt alimenta: In iure enim nihil ratione qua-

litalis vel quantitatis est determinatum. Craver. Consil. 189. n. 10.

Non ergo pro arbitrio voluntatis eius qui debet, & cui debentur,

sed boni viri, hoc est, Iudicis officio terminatio facienda.

b) l. si patrem C. de alend. lib. d. l. 5. §. alimenta, 19. ff. de agnosc. lib. l. cum

alimenta, ibi gloss. l. fin. ff. de alim. leg. Ascan. Clem. d. l. n. 32. & seq. Gail.

d. n. 7. fac. l. 2. C. de alim. pup. præstand. l. ult. C. de ordin. cognit.

63. Qui si adhuc non præstabit, pignoribus captis & di-
stractis cogetur sententiæ satisfacere. l. 5. §. si quis, ff. de agnosc. lib.

64. Loco parentum quoque præceptores, & Magistri ha-
bentur, qui (si egent) à discipulo gratitudinis & remuneratio-
nis ergò alimentis servandi sunt. a)

a) l. 2. §. 47. vers. Ergo Sabino, ibi, sed plurimum à suis auditoribus susten-
tatus est, ff. de Orig. Iur. Ascan. Clem. de patr. potest. effect. 17. n. 5. l. Aquilius

27. ubi de habitatione præceptoris donata ff. de donat. *Quia docentis ne-*

cessitas relevari debet: & positum in necessitate, fortius disci-

pulus sublevare cogitur: est enim loco parentis. l. 1. ubi gloss. C. de

excusat. tutor. ubi discipulus filius appellatur. Et gloss. in l. liberto, ff. de obseq.

patron. & parent. præstand. dicit, quod sicuti filio & liberto, patris &

patroni persona sancta videri debet, ita & discipulo persona

Magistri. Siquidem patria, parentibus & Magistris, nunquam

referre possumus debitas gratias, imò his longè minùs, Gell. noct.

Attic. lib. 4. c. 3. quibus & premia solvi satis larga non possunt,

per l. cum plures, 12. §. 3. ff. de administrat. tut. Semper enim ad antido-

ra obli-

ra obli-

ra obli-

ra obli-

ra obli-

ra obli-

va obligamur: Ita, ut alimentatus alimentatorem suum nē ac-
cusare possit, l. 17. C. de his qui accus. non poss.

65. A Liberto quoque, Vasallo, Donatorio, Patronum, a)
Dominum, b) Donatorem c) alendum jure cautum est, & vi-
cissim: quando unus est inops, nec operari potest, d) alter di-
ves, eò usq;, ut etiam ob famem vasallum feudum alienare pos-
se invito Domino, Mynfingerus referat. e) Et jus alimentorum
libertis debitorum dividuum est. f)

a) l. Divus ff. de iure patr. l. si patronus non voluerit, ff. de bonis libertor.
l. si quis à liberis §. solent, 18. & seqq. ff. de agnosc. lib. l. non solum, & l. non
aliter, ff. de usu & habit. §. item is qui adium. Instit. eod. gloss. fin. in l. 1. ubi
Bald. & Salicet. C. de bon. libert. Spec. in tit. qui filij sunt legit. §. fin. num. 7.
Iason in l. si non sortem §. libertus. n. 4. ff. de condict. indebiti. Tiraq. in l. si un-
quam. vers. libertus, n. 31. C. de revoc. donat. text. in l. libertus qui operarum. ff.
de oper. libert. l. 1. C. eod. Quod suadet naturalis ratio, secundum
quam benefacienti obstringimur benefacere, l. sed & si lege, §.
consuluit. ff. de pet. hered. Recipit enim libertus libertatem, quæ est
res inestimabilis, l. 106. ff. de R. I. §. ult. Instit. de libert. Conferturq;
teste Tullio in tertia act. in Verrem, in illum summum beneficium.
b) ad certos tamen restringimur casus. I. Cùm Dominus inci-
disset in egestatem culpâ Vasalli, Galeot. d. c. 38. n. 2 & 3. defenden-
do, sc: ipsum. II. Quando in feudasset omnia bona, vel maiorem
partem: vel deniq; feudum esset admodum pingue ac magnum.
III. Cautela in investitura adhibita super alimentis sibi præ-
standis, existente necessitate, sc. de redivibus feudi, non bonis
proprijs. Hartm. tit. 54. obs. 33. c) l. fin. C. de revoc. donat. d) Galeot. d.
c. 38. n. 2. & 3. e) Mynf. Cent. 6. obs. 30. in fin. contra plerosq; Feudistas
alios. f) l. ult. ff. de iure patron.

66. Præterea Decurionibus lapsis facultatibus, alimenta
decernenda sunt. l. 8. ff. de decur.

67. Matri ex bonis pupilli, si illa egena & hic dives seu in fa-
cultatibus positus sit. a)

a) l. 1. §. 4. ff. de tutel. & ration. distrah. Galeot. d. c. 38. n. 7.

68. Nepotibus ab avia. a)

a) l. 34. ff. de negot. gest. & dict. sup. Hartm. d. tit. 37. obs. 1.

69. Item mater usufructuaria constituta, ex usufructu filios
alere



alere tenetur. a) Quia & ipsa tantum alimenta per usumfructum omnium bonorum relictum, consequi videtur: nisi aliter expressè dictum, aut extranei heredes instituti essent. b)

a) Hartm: d. tit. 37. obs: 4. n. 2. Gail. lib. 2. obs: 144. n. 1. b) Gail. d. obs: 144. n. 2. §. 5. & 7.

70. Tutores etiam pupillis suis de alimentis mediante Decreto Judicis, si opus foret, prospicere debent, & ut loco comodo educantur. a) Idque pro modo facultatum & dignitate natalium eorum constituet: nonnunquam alimenta servis, libertis, alijsque extraneis præstabunt. b)

a) l. 3. & passim t. 1. ff. ubi pupill. educ. & morari. l. 1. C. de aliment: pup: præstand: l. 6. §. non solum, §. ff. de Carbon: edicto. Taxat a enim à Præ-tore certiora sunt, l. 2. C. de alim: pup: præstand: b) l. 12. §. 3. ff. de ad-ministr: tutor:

71. Consimiliter frater fratrem & sororem egenam alere tenetur, etiam naturalem tantum: multò magis germanam vel uterinam. a) Imò sororis filiam, exclusâ negotiorum gestorum actione. b)

a) Hartm: d. tit. 37. obs: 2. fac. l. 4. ff. ubi pupill: educ: not: Galeot: d. c. 38. §. 4. §. 5. & 7. b) l. 27. in fin. ff. de negot gest.

72. Uxor à marito suo alimenta petere potest, ejusdemque heredibus intra annum, si aliundè non habeat. a) Etiam si nullam dotè attulerit marito. b) Modò in domo Mariti maneat. c) Vel nisi necessitate ductâ cum filijs inde migrare cogatur: tùm enim proinde ac si in domo mariti mansisset censetur. d) Atque constante Matrimonio bona mariti non aliter pro alimentis uxori obligata sunt, sicut pro dote. e)

a) l. si cum dotem, §: sin autem, ff. solut: matrim: Galeot: d. c. 38. num. 6. b) idem Galeot: d. c. 38. n. 8. c) Galeot. d. loco, n. 16. fac: l. 1. C. ubi pup: educ: d) Galeot: d. loco, n. ult: e) Galeot: d. loco, c. 29. n. 9.

73. Imò debentur uxori alimenta, asserenti se fuisse uxorem defuncti, causâ pendente. a)

a) per d. l. 10. ff. de his qui sunt sui vel alien: not: Galeot: d. c. 38. n. 18.

74. Non tamen si ex testamento primi viri habuerit alimenta, & ad secunda vota transierit, mortuo secundo marito, iterum ex primo testamento redire potest pro alimentis ad primi mariti filios: sed saltem ut Mater egena, a) quippè amisisse alimenta

menta videtur per secundas nuptias: sicuti & per dotis restitu-
tionem. b)

a) pulchrè Galeot: d. c. 38. n. 24. b) per l. 1. C. si secundo nups: mul: l. Labeo,
ff. de Condition: Instit. Iason in l. qua de legato, n. 20. ff. de leg: 1.

75. Planè alimenta uxori, sive inter vivos, in contractu ma-
trimnij, sive in ultima voluntate *PURE* relicta: sive ad secunda
vota transferit, sive dose ei restituta fuerit, nihilominus debentur. a) Quòd si sub *CONDITIONE*, sc. quamdiu vidua
manserit, vel quamdiu dotem non petierit, tunc existente con-
ditione legatum extinguitur: b) hoc tamen observando, si Ma-
ritus uxori extra domum alimenta relinqueret, non aliter,
quàm secundùm redditus & patrimonij facultates præstentur,
salva proprietate: cùm si debeantur jure proprio, etiam pro-
prietas vendi possit. c)

a) Bald. ad auth: hoc locum C. si secund. nups: mul: b) Concenat. quest:
Iur: lib. 2. c. 3. n. 6. Gail: lib: 2. obs: 144. n. 11. c) Brun: de Cession: bon: quest:
princip: 28. n. penult: & ult.

76. Et vicissim mulieres, post dotis restitutionem in casu in-
opix mariti impetratam, eundem sustentare tenentur, salvis
pactis dotaibus. a) Adeò ut si mulier non sit industria, sed ad
rem familiarem conservandam prorsus inepta, Dos ad causam
alimentorum sequestrari possit. b)

a) per l. mutus, 73. S. manente, ff. de iure dot. Dom. Praeses in tract: suo, De
iure prelat: part: 1. c. 54. b) Gail lib. 2. obs: 183. n. 18.

77. Nisi fortè mulier evidenter inops esset, ubi tùm marito
hoc casu non ita succurritur. a)

a) per Brun: in tract: de Cession: bon: quest: princip: 30. n. 3.

78. Uxor verò si à Marito divertat filios alere cogitur. a)

a) per l. un. iuncta auth: C.: divort: fact. apud, & c. Concenat. d. c. 8. n. 6.

79. Hinc est, quod etiam cedentibus bonis suis, si postea ad
pinguiorem fortunam pervenerint, etsi creditoribus suis ad-
huc in quantum facere possunt teneantur, tamen si quid aliun-
dè alimentorum causâ acceperint, id ipsis auferri non possit:
Cùm nemo fraudandus sit alimentis quotidianis, sed quisque
pro dignitate vivere debeat, sive pupilli debitores fuerint, sive
quicumque alij. a) Utcunque ad operas condemnati sint pro-
pter debitum, quemadmodum in Saxonia adhuc moris est:

sanè ejuscemodi laborantibus nō debent subtrahi alimenta. b)

a) l. 6. ff. qui boni ced: poss: l. 33. & l. ult: ff. de reb: authorit: Iud: poss: Dom: Praeses in d. tract: de iure prelat: part: 1. c. 86. Brun: de cession: bon: quest: princip: 30. b) not: Coler: de process: execut: p. 1. c. 6. n. 139. Brun. d. quest. pr. 20. n. 12. in fin.

80. Equidem alimentorum causa semper pia, & summaria cognitione terminanda est. a) Valdeque privilegiata, sic ut quicumque ad comparanda summè necessaria alimenta pecuniam mutuo dederit, præ alijs omnibus creditoribus, in concursu plurium, prærogativam habeat, non secus atq; qui ob similem pietatem expensas funerum fecerunt. b)

a) d. l. 5. §. si vel parens, ff. de lib. agnosc: Marant: dist: 9. part: 4. n. 168. Vult: lib: 2. Iurispr. Rom: c. ult: Concenat: d. c. 6. & 8 l. Mela, ubi Bartol: ff. de alim: leg: facit d. l. penult: ff. de his qui sunt sui vel & c. b) arg: l. 4. C. de petit: heredit: not: Dom: Praeses in d. tract: de iure prelat: p. 1. c. 54.

81. Strictè, inquam, quoad potioritatem hanc inter plures creditores, alimentorum nomen accipimus, saltem pro victu, & ut quid datum sit bona fide: non ad quamcunque necessitatem, vel potius inutilem profusionem & fastum. a)

a) Dom: Praeses d. c. 54.

82. Quinimò quodcumque & cuicumque Res, vel fundus specialiter designatus est, ut inde dentur alimenta, tacitè ob id est obligatus, licet sit secus, si contractu debentur. a)

a) Neguzant: de pignor: 4. membr. 2. part: princ: n. 164. & seqq.

83. Utrique tamen indistinè alimenta habent privilegium personale, ob singularem favorem, secundum quem unâ cum alijs pijs causis æquiparantur Doti, Libertati, Ecclesiæ. a)

a) per gloss: & DD. in l. ob es. 12. C. de præd: minor: Tiraq: in privil: pia cause. Carol: Tapia ad l. final: p. 2. c. 3. n. 91. C. de constit: princ.

84. Quid de captivis & arrestatis, cujus impensis alendi sunt? Et proprijs ipsis vivendum sumptibus, exemplo ejus cujus bona sequestrata sunt, a) Nisi evidenti premantur inopia, communiter à DD. probatur. b)

a) Curt: de Sequestr: n. 10. Coler: de process: execut: p. 1. c. 2. n. 127. & p. 3. c. 11. n. 6. b) Paris de Puteo in tract: de Synd: ad verb: carcer & carceratus, c. 4. n. 2. Felin: ad c. 1. de libell: oblat: Faber: ad §. ult: Instit. de action: Peck: de iure sist: c. 28.

85. Sicut

85. Sic, ut Commentariensis seu carceris custos pro alimentis captivo præstitis, ipsum amplius detinere possit, licet liber iudicatus sit. a)

a) Peck: de iure sist: c. 34. n. 2. & 3.

86. Ad præteritam tamen vitam rectè non constituuntur. a) quamvis pro ijs interdum æstimatio peti possit. b)

a) per l. 8. in pr. ubi Bartol: C. de transact: b) per eund: Bartol: in l. Libertatis 18. §. manumissis, n. 2. & 4. ff. de alim: legat: & in tract: de aliment: n. 32. & in Consil: 211. n. 5.

87. Sed benè diebus feriatis; imò & petuntur rectè istis diebus. a)

a) per l. 1. in f. & l. seq. ff. de fer: nor: Galeot: d. c. 38. n. 17.

88. Petuntur autem vel Judicis officio, vel actione ex testamento, vel per actionem ex Stipulatu, vel denique præscriptis verbis Judicio. a) Idque vel libello oblato, vel per summariam petitionem. b)

a) Galeot: d. c. 38. n. 1. & seqq: item n. 9. 10. & 12. b) Idem Galeot: c. 13. num. 9. & 10.

89. Extinguuntur item atque revocantur primùm morte, a) maximè simpliciter relicta: b) deinde qualicunq; adveniente conditione in quam concessa sunt atque constituta. c) Tum in causa dubia, d) nec non ob ingratitudinem. e) Denique propter collusionem. f)

a) Gail: lib: 2. obs: 88. n. 13. & seq: non tamen eius in cuius persona conditio adimpleri debet, Gail: lib: 2. obs: 144. n. 12. b) Bartol: ad l. Mela. n. 2. ff. de alim: legat. c) Concenat: d. c. 3. lib: 2. quest: Iur: d) l. 5. §. 7. & 8. ff. de agnos: lib: e) l. 16. C. de Nupt: f) l. 1. §. 1. ff. de iure aureor: an: vide Bartol: in tract: de alim: n. 28.

90. Non etiam acquisitione juris aureorum anulorum, si libertato debentur, a) non ei qui testatoris causa abest, b) non per captivitatem servientibus præstita. c)

a) d. l. 1. in pr: ff. de iure aur: an: b) l. 19. ff. de alim: leg: c) l. ult: C. de postlim: revers:

91. Quin & computantur alimenta cum debito ab alimentario: Nisi quis alimenta debeat Reipub:, quæ computare non potest cum debito ab eadem. per l. 3. C. de Compensat.

92. Pueris constituta alimenta, usque ad plenam pubertatem

tem

202
tem computanda atque præstanda esse, D. Hadrianus Constituit. a)

a) per d. l. Mela 14. §. 1. ff. de alim: legat: not: Myns: 3. obs. 12. in princip: 93. Adhæc sciendum, in causa alimentorum inutiliter appellari, quatenus effectum appellationis suspensivum consideramus. a) Nam etsi appellatum sit, nihilominus alimenta debentur appellatis, nec Inhibitio decernitur, præsertim si filij aut propinqui pauperes egissent pro consequenda hereditate, adeoque pro alimentis futuris: atque in prima instantia obtinissent. b)

a) notat Galeot: in Marg: aur: c. 6. num. 20. b) per l. 13. §. 3. ff. de inoff. testam: Mandos: de Inhibit: quast: 110. num. 2. & seqq: Manfred: lib: 2. Concl. 157. Secus si extranei egerint, Covar: practic. quast: c. 6. n. 6. §. quantum. Menoch: 1. præsumpt: quast: 35. num. 7. & seqq: vel Appellati divites sint, & aliundè habeant, Covar: d. n. 6. §. tertio queritur. Menoch: d. quast: 35. n. 4. Vel pro alimentis præteritis actum fuerit. Menoch: d. quast: 35. n. 30. & seqq: Item Remed: adipisc: 4. n. 875. vers: hinc ergo fit. Fachin: 1. Contro: 77. inf. Vel ipsi actores in prima Instantia succubissent & appellassent, Menoch: d. Remed: 4. n. 878.

94. Restat de transactione ut videamus, an ne super alimentis transigi possit? Et de præteritis facile constat: a) sed ne homines tenues & exiguæ fortunæ, quibus plerunq̄ue alimenta testamento, vel Codicillis, per legatum, fideicommissum, donationem causa mortis, aliamvè similem capionem relinquuntur, neglectis futuris alimentis, & modica præsentis pecunia contenti, facile transigant, & contra quam testator prospexit, postea egeant, Oratione D. Marci aliud cautum est, de his non nisi ex decreto Prætoris in urbe, vel Præsidis in Provincijs transigi posse. b)

a) not: Bartol: ad l. si quis pro alio, ff. de fideiussor: l. 8. in pr: C. de transact: b) l. cum hi 8. in pr: ff. eod: Cuiac: ad d. l. 8. C. de transact: & l. alimenta, C. de Negot: gest: l. eleganter, ff. de condict: indeb. Concenat: d. c. 3. num. 7. Sine decreto enim nec tacite, nec expresse, nec iurato licebit, Specular: vers: sed pone, tit: qui fil: sint legit. Ratio est in d. l. 8. post princip: ff. de transact.

95. Licet namque suo quisque beneficio liberè renunciare, adeoque

a deo que de eo transigere possit. a) Et cuius etiam cuncta presentia bona, alteri ne quidem usufructu relicto, donare permiffum sit: Tamen tam testatoris, quam heredis respectu specialiter hic aliud sancitum est. Illius, ne ejus voluntati ultimæ fraus fiat, per transactionem alimentis interceptis: hujus, ne re sua malè abutatur, & egeat, civitasque repleatur mendicis, vel omninò quis pereat fame. b)

a) l penult. C. de pact. b) d. l. 8. in princ. & § 1. ff. de transact. facit §. sed hoc 2. Instit. de his qui sunt sui vel alien. Bartol. in d. l. 5. § parens; ff. de agnos. lib. & in tractat. de aliment.

96. An pacisci? Et ne pacto, quatenus id ad eundem cum transactione tendit finem, vel omninò est gratuitum, id fieri posse arbitramur. a)

a) per Coler. in tract. de aliment. lib. 2. c. 8. n. 48. Paul. lib. 1. Sent. tit. 1. in princip. ubi Cuiac. fac. que not. Hartm. d. obs. 3. n. 16. & seqq.

97. Remissis autem sic licito modo transactione aut pacto alimentis, non statim etiam Vestiarium & habitatio remissa censetur. a) Nisi utrumque in specie dictum sit. b)

a) Bartol. de aliment. n. 2. b) d. l. 8. §. qui transigit 12. & seqq. 2. & ibi Bartol. n. 1. ff. de transact. *Transactio enim est strictius accipienda, voluntates verò defunctorum plenius. l. legatis 6. l. ult. ff. de aliment. & cib. legat. l. in testamentis, ff. de R. I. l. plenum, §. sed et si præteritis, ff. de usu & habit. Menoch. arbitr. Iud. quest. cas. 170. n. 28. Illud constat, Diarijs legatis vel cibarijs, habitationem, vestiariam, calciarium non contineri. l. Diarijs, ff. de aliment. legat. Cuiac. d. §. qui transigit.*

98. Aliud est de alimentis ex contractu debitis, vel inter vivos constitutis: de quibus liberè absque decreto transigere & pacisci possumus. a)

a) d. l. 8. §. 2. vers. planè, ff. de transact. Concenat. d. c. 3. n. 7. in fin.

99. Providentiam enim contrahentium à voluntate testatoris, ac Senatus sententia, distare facilè intelligimus. a)

a) d. l. 8. §. 2. & seq. *Deinde relinquuntur alimenta ut alimentario consulatur: Ideoq; & testatoris sententiam voluntatemq; Senatus secutus est, d. l. 8. in princip.*

100. Exindeque est, quod alimentorum legatum multiplex

D

plex

plex sit, ac morte finiatur, a) stipulatione verò constitutum non sic desinat. b)

a) *d. supr. Thes: 89. à pr: b) Concenat. d. c. 3. lib. 2. quæst. iur.*

101. Quod certè fieret, si stipulatio creditoris semper gratiâ contraheretur. a)

a) *l. cum in annos 11. l. in singulos 8. ff. de annuis legat.*

Quod restat; hunc conatum nostrum ô trina monas! qui finis absque fine, tibi soli demisso spiritu, animo subjectissimo, oblatum volumus. Tu solus, cuncta, semper sibi unumquodque suo tenore readsimilata nostri gratia fecisti, facis, facies, refecisti, reficis, reficies, ex immenso tuæ bonitatis pondere. Tu te-ipsam deserentem nos misericordissimè salutiferâ tua morte & gloriosa resurrectione recreasti. Provides tu solus adhuc à teneris huic familiæ nostræ, ne quid nobis ad salutem tam animæ quàm corporis necessarium, desit; cum immisso in pectora nostra spiritu paraclito sancto & consolatore nostras calamitates lenis; erigis sub harum onere nos labantes; retines in fide ac officio tibi dicato; eademque hypotheca & arrhabone, nobis de tua provida benevolentia diffidentibus caves.

SIC DEO DVCE FINITVM EST;
QVOD FINITVM EST.

VIRO

VIRO-JUVENI
NOBILISSIMO
DN. RESPONDENTI.

S. P.

NON nihil est; celebri maiorum sanguine niti,
Ortus & clarum posse referre genus,
Ausu sed proprio, stirpis cumulare decora
Insignis laus est: Herculeusq; labor.

Hoc opus augustum praestas WOLFFGANGE, novénas

Delitium Charites, quòd sinis esse tibi,
Volvis ubi studio fervente volumina sacri
Iuris, in Astræ: & vis penetrare sinus,
Arte Theses promissis nec non hoc tempore scriptas

Atq; palàm dextro differis ingenio,
Praeside BEVTHERO, cuius pellucida fama
(Et meritò) volitat docta per ora virum.

Macte isthac virtute! pijs immittere mentem
Non cesses musis, larga alimenta feres,
Musæ corpus alunt: Musæ iuvenesq; senesq;
Oblectant: relevant, hîc & ubiq; iuvant:
Nec te spes fallat, THEMIDOS quia sacra frequentas,

Namq; tua MAGNI sepè fruuntur ope,
Consilium poscent nutantes rebus in arctis,
Sic tibi, sic patriæ, gloria crescet honos.

Felix ille animi! rugosa alimenta senectæ
Qui primis annis colligit, arte piâ.

Τῆς ἀναμνήσεως καὶ φιλελευθέρου ἔνεκα F.

Iacobus Szelleczkij de Szellecz,

ALIUD.

atum
gra-

nas!
sub-
per
atia
nso
nos
re-
nic
mæ
to-
tras
tes;

RO



ALIUD.

Vstrum abiit, cum te vidit IENENSE Lycéum
In SOPHIA varias arte secare strophas,
Et quid nā posses, tum noster LIPPVS, illud
Eusebie, Sophies, corculum & Harmosynes,
Preluxit tibi Divina virtutis & Artis
Lampade, quā tua mens iugiter incaluit.
ARGYROPE nunc te similem tentare laborem
Et videt, & Genij, munera rara stupet.
Dum legis instar apis sinuoso è Codice iuris
Rarum lemma, sed hoc rebus in egregium.
Et scio, quid valeant humeri portare, placebunt,
Quae sub BEVTHERO voce stilog. sonas.
Hac alimenta ferent tibi iusta alimenta quot-annis,
Quis corpus pascas, quis animumq. cibes.
Corporis, Ingenijq. iuvet modo pascere ocellos,
Non indotatum te sinet amla THEMIS.

Sinceri & constantis amoris
M. P. Argentinae

Johannes Merckerus Hennebergio-
Nobb: ab Hanstein Ephorus.

Strapberg, Diss., 1693-22

ULB Halle

3

005 303 01X



V17







258.

... I O

ENTO,
L. ATQUE
ICULIS
 A.

... e
 nte

... TE

ET CON-
NO JOANNE
D. ET CODICIS
 in Academia

... o.

proponit.

NHARDUS
 strius.

DIE IX.

ATI,
AROLL.
III.